

Garcia d. part. 11. cap. 3. nu. 57. Toler. in sum. lib. 5. cap. 91. Azor. p. 2. lib. 7. cap. 29. qu. 3.

- 16 Ex quibus colligitur, permutationem propria auctoritate factam, simoniacam esse: Nec non resignationes reciprocas, vel quae in favorem alterius fiunt, nisi Pontificia intercedat auctoritas; & ita de stylo Curiae servari, affirmat *decis. 3. de renunt. & decis. 3. de simon.* Omnes tamen farentur, hujusmodi simoniam non esse contra jus Divinum, cum nihil temporale detur in pretium rei spiritualis; sed adversus Ecclesiastica jura, quamvis vera simonia sit: Nam Ecclesia efficere valet, ut vera simonia committatur, licet temporale non interveniat, prohibendo hujusmodi conventiones circa spiritualia, Religionis intuitu, propter periculum, & suspicionem simoniae in jus divinum, quae sub illis latere solet: & hanc duplicem speciem simoniae admittunt Gloss. in c. cum pridem 4. verb. *Illicita. de pact. Gloss. communiter recepta in d. cap. ex parte, Guttierr. canonicar. lib. 2. cap. 23. nu. 11. Navarr. d. cap. 23. nu. 100. vers. Secundò, quod duplex: Sot. de just. & jur. lib. 9. q. 5. art. 2. vers. Aliquantulo, Barbof. in collect. ad dict. cap. cum pridem num. 7. P. Suar. dict. lib. 4. cap. 2. Sanch. d. cap. 3. dub. 2. nu. 4. & veram esse simoniam, quando solum jus Ecclesiasticum violatur; defendit cum aliis P. Suar. dict. cap. 31. num. 3. Licet contra sentiant Bonac. dict. disput. 1. quest. 2. nu. 7. Tondut. ubi supr. Becan. de just. & jur. ad quest. 100. D. Thom. q. 10. num. 4. qui hanc simoniam appellant impropiam putativam, vel interpretativam. In quo advertere oportet cum P. Suar. dict. cap. 35. num. 8. cum renunciatio fit in favorem, etiam adjecta clausula. *Non aliter, neque alio modo*, apud inferiorem Pontifice, non incurri simoniam, nisi Praelatus huic conditioni consentiat, quia pactio ex duorum consensu perficitur, l. 1. ff. de pactis, sed est actus peccaminosus irreligiositatis. Permutationi autem beneficio- rum nullus Praelatus inferior Episcopo auctoritatem potest interponere, ut licite fiat: Nicol. Garc. sup. tract. 11. cap. 4. num. 68. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 29. q. 4. vers. Si queras, Rebus. sup. tit. de permutat. nu. 20. Zerol. in prax. p. 1. verb. Renunciatio, §. 4. Potest tamen Capitulum, Sede vacante, Garcia nu. 75. Aug. Barbof. cum aliis, de potest. Episcop. p. 3. alleg. 69. nu. 8.*
- 21 Alii vero cum D. Covarr. sentiunt, in his pactio- nibus, licet juri Ecclesiastico contraveniatur, nullum simoniae vitium adesse, si nihil temporale praestetur, promittatur, vel speretur; Barbof. in collect. ad cap. quam pio 2. l. q. 2. ex nu. 8. Duaren. de sac. minist. lib. 2. cap. 2. Aragon. 2. 2. q. 100. art. 4. conclus. 2. Sot. de just. & jur. lib. 9. q. 7. art. 2. conclus. 1. Bonac. dict. disp. 1. q. 1. nu. 6. & alii.
- 22 Sed prior sententia, uti communior, ita & verior videtur; nam simoniae labes duo complectitur dam- nabilia, & res spirituales pretio aestimari, & avaritiam, seu cupiditatem; D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 4. cui tertium vitium addi potest, scilicet cir- ca spiritualia commercium, quae cum divini juris sint, dominio, aut dispositioni hominum non sub- jiciuntur, ut privati ad libitum de illis audeant dis- ponere, §. nullius, Inst. de rer. divis. August. Barbof. in collect. ad tit. de simon. in rubric. num. 5. unde licet primum in his conventionibus deficiat scelus, in aliis duobus Simoniae pravitas incurritur; quapropter pacifcentes circa beneficia aliter, quam permissum est, reos simoniae fieri Ecclesia decrevit, d. cap. quae situm, quae ideo interpretativa dicitur, quoniam jus Canonicum, interpretans Divinum, simoniam his casibus committi decernit;

Ad Num. 4.

Simoniacum non esse illum, qui intuitu cognatio- nis beneficium confert, ultra adductos à D. Covarr. docent. Victor. in relect. de simon. num. 16. Azor. part. 3. lib. 12. cap. 11. q. 1. P. Suar. d. lib. 4. cap. 37. nu. 6. Molfes. tract. 6. cap. 15. num. 57. Gut- tierr. d. cap. 23. nu. 60. vers. Nihilominus, Navarr. dict. cap. 23. num. 107. in princip. Flamin. sup. lib. 14. q. 20. nu. 20. Mich. de Palatio in prax. Theo- log. contract. & restitut. lib. 2. cap. 7. pag. 131. col. 1. vers. Quibus ego, Valenc. tom. 3. disp. 6. q. 16. de simon. punct. 3. vers. Quartò sequitur, & alii quos recenset, & sequitur Bonac. d. q. 1. num. 7. Quicquid contra teneant Joan. Major in 4. sen- tent. dist. 25. quest. 3. Durand. & D. Bonavent. dict. dist. 15. Additio Hostiens. in sum. de simon. in gloss. non congrue, ibi: *Simoniaci quoque sunt Epif- copi.* Nec in dict. cap. cum universorum, repro- batur renunciatio illa, quod fuit in favorem con- sanguinei facta, sed quia processit ex permutatio- ne jure prohibita, & illicita conventionione, d. cap. quae situm.

Ibi: Idem asserit textus in cap. nemo.

De intellectu capituli, nemo 14. de simon. confu- lendus est Barbof. in collect. ad illum textum, num. 2. & P. Suar. dict. lib. 4. cap. 22. num. 14. & 15. & ultra eorum interpretationes mihi dicendum vi- detur, Pontificem nequaquam sentire illis casibus simoniam committi, sed peccata illa presbiterorum, qui ob munera omitebant, vel gratia, aut favore fa- ciebant aliquid circa spiritualia, speciem aliquam, & similitudinem simoniae praeseferre: frequentis- sime enim, ut similitudinem significemus, ita sole- mus loqui; veluti cum cor hominis inexorabilis, & inflexibilis, adamantinum dicimus; sic falsam monetam, adulterinos nummos, Ulpianus in l. lege Cornelia 9. & Modestinus in l. lege Cornelia 30. falsum signum, adulterinum, dixerunt, ff. ad l. Corn. de fals. similiter Justinianus in auth. de inter- dict. heret. collect. §. 1. collat. 9. adulteras colle- ctas, ac adultera baptismata appellavit ea, quae non legitime fiebant; in his siquidem adulterium aliquid non reperitur: at quia illegitima sunt, & similia si- milis ex adultero progenitis, ideo ita nuncupantur. Hinc Cassius juris consultus leoninam societatem appellavit, in qua convenerat, ut alter socius lucrum tantum, alter damnum sentiret, teste Aristone, apud Ulpianum in l. si non fuerint 29. §. si. ff. pro socio, ut ostenderet immanem rapacitatem ejus, qui so- cium tam iniqua pactioe constringebat: eadem ratione in d. cap. nemo, simoniaca illa delicta di- cuntur, non quia per ipsa vere simonia incur- ratur, sed quoniam hujus criminis redolent pra- vitatem,

Ad Num. 5.

Controvertitur, num liceat Praelato inferiori Pontifice, cum apud ipsum resignatur beneficium in favorem Tertii, rejecta conditione, illud alii, quem decreverit, conferre? de qua quaestione Barbof. in collect. ad d. cap. ex parte, nu. 8. vers. Quae sitio autem, de offic. deleg. & id fieri posse negat; consen- tiunt Suar. d. lib. 4. cap. 35. nu. 7. Rebus. in praxi, tit. de resign. condit. nu. 7. Sanch. dict. cap. 3. dub. 36. nu. 3. Flamin. lib. 1. q. 3. num. 15. & ita est tenendum; licet contradicant Boer. de potest. Le- gat. q. 2. Redoan. de simon. 2. p. cap. 13. num. 9. & alii. Imò si talis renunciatio fieret apud Ponti- ficem,

ficem, adjecta clausula: *Non aliter, neque alio mo- do*; non posse acceptare renunciationem, conditio- ne neglecta, de potestate ordinaria, docent Cassad. decis. 2. de simon. nu. 6. Mandof. de resignat. gratia, tit. de resignatione, vers. Item clausula, Sanch. dict. dub. 36. num. 4. Sed Suar. ubi proxime, num. 15. cum sequentibus, opinatur quòd si quis renun- casset in favorem Tertii per viam modi, v. g. Ren- uncio tali beneficio, ut Titio conferatur, potest Episcopus renunciationem admittere, & beneficium liberè, cui voluerit, dare.

Ibi: Imò nihil agit contra juris prohibitionem.

- 28 Negat Suar. d. cap. 35. num. 11. licere Episcopo, resignationem in favorem acceptare, non approban- do, nec rejiciendo expressè conditionem, & bene- ficium liberaliter conferre nominato. Contrarium verò cum D. Covarr. sentiunt Filliuc. in summ. tom. 2. tract. 45. cap. 8. q. 7. num. 2. Bonacin. tract. de simon. q. 4. §. 14. in fin. Augustin. Barbof. de potest. Episcop. allegat. 69. num. 50. nam designatio per- sonae, cui resignans prospicere vult, non est verita, si liberè renunciatur.

Ad Num. 6.

- 29 Defendit Barbof. cum aliis; quos laudat in col- lect. ad dict. cap. ex parte, num. 8. vers. Qua retent- ta, restitutionem, de qua in d. cap. cum universorum, fuisse ex justitia; & ita in praxi observari, as- serverat Rebus. tit. de permutat. num. 12. Contra- rium cum D. Covarr. tenent Abbas in dict. cap. cum venerabilis n. 23. de except. ubi Decius com- mune testatur, num. 18. Socin. cons. 167. lib. 2. Ludou. Gom. in reg. de triennal. q. 24. Ratio est, quia permutantes beneficia propria auctoritate, illis ca- rere debent in poenam delicti, cap. cum olim 7. eod. tit. quod resignans ex parte sua profus ad effectum perduxit, nec excusatur, quia permutatio non fuit perfecta, cum per eum non steterit, quo casu affe- ctus puniri debet, l. 1. in fine, ff. ad l. Pomp. de parricid. l. 2. tit. 31. part. 7. ubi Greg. Lop. gloss. 9. optimus textus in cap. Salvator. 8. §. 1. paulò post principium, ibi: *Quantum in ipso erat, emere voluit, l. 1. quest. 3. l. is, qui cum telo sed C. ad leg. Cornel. de sicar. Menoch. de arbitrar. cas. 360. à num. 20. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 3. nu. 30. Cevall. tom. 1. q. 540. num. 13. Farinac. in prax. crimin. q. 124. n. 78. & quod in crimine simoniae puniatur affectus, docent Menoch. sup. nu. 78. Marsil. in d. l. is, qui cum telo, num. 22. per textum in cap. nullus Episcopus, et primero, l. q. 1. ubi gloss. Nam in delictis non exitus attenditur, sed voluntas; de quo D. Covarr. in Clement. si fu- riosus, part. 2. in princip. nu. 6. de homic.*
- 32 Quibus non refragatur opinio communis, quae habet, neminem privati beneficio propter hujusmo- di simoniam, quam interpretativam appellant, Clar. in praxi, §. simonia, nu. 10. Garc. de benefi- cio. part. 8. cap. 9. nu. 38. Farinac. cons. 75. nu. 11. & 14. Tond. quest. benefic. p. 1. cap. 69. nu. 34. Nam in dict. cap. cum universorum, non privaretur bene- ficio resignator, si ei non restitueretur, sed dene- garetur regressus ad illud, quo se jam per renuncia- tionem abdicaverat, nec audiendus erat postulans ex justitia restitutionem, cum ad hoc improbitatem suam deberet allegare, id est, permutationis simo- niacae causa resignasse, ex qua commodum non erat reportaturus, cap. intelleximus 7. de judic. leg. si ab hostibus 11. §. 1. ff. solut. matrim. leg. ita demum 36. ff. de arbit. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.

gloss. 9. n. 68. Argel. de legitim. contradict. 4. art. 2. nu. 64. Menoch. cons. 533. nu. 4. atque ita illa opinio procedit, quoad beneficia non resignata, qui- bus simoniacus interpretativus privari non debet.

Ex his constat restitutum fuisse ex gratia eum, qui causa permutationis suum beneficium resigna- vit, quod aperte apparet in textu, ibi: *Ut tamen simplicitati veniatur.* Quae verba non patiantur ut opinemur, de rigore juris illam decisionem pro- cedere, sed intuitu minoris aetatis, aut ignorantiae juris prohibentis, five aliis justae causae, Pontificem usum fuisse benignitate; licet Barbof. non sine vio- lentia contendat, praefata verba esse referenda, non ad restitutionem beneficii, sed ad alias poenas, quae propter simplicitatem remittebantur: Quae quidem interpretatio absorta est; nam cum Pontifex de sola restitutione ibi ageret, extra rem loqueretur, si rati- onem remittendi alias poenas, quarum non me- minerat, reddidisset.

Ad textum in cap. si beneficia 20. de praebend. in 6. quem ipse Barbof. adducit, asserens; nunquam ei satis responsum fuisse; dicendum est, in illo bene- ficium restitui ei, qui nullam culpam admisit, sed ignorantia invincibili proprium dimisit beneficium, ut alterum, quod sibi ritè collatum credebatur, pos- set retinere; & hoc exponitur verbis illis: *Ne talis ignorantia eis (cum sint sine culpa) prejudicia- lis existat*: atque ideo restitutio ex justitia com- petit; quod secus est, ubi in ipsa resignatione de- lictum intervenit, ut in casu textus in dict. cap. cum universorum, de quo agimus.

Non est verum volentibus sua beneficia permutare, tractatum inter se habere, ac perficere sine as- sensu Episcopi, modò ad illum se referant; sed ita exequi nulla ex parte possunt absque labe simoniae; Sanch. dict. cap. 3. dub. 39. num. 2. Gregor. Lop. in l. leg. 2. tit. 6. part. 5. gloss. 8. P. Suarez dict. cap. 22. n. 7. Unde si antequam Praelatus certiora- retur, resignationes reciprocae ex causa permutatio- nis fierent, vitiosae erunt, nec continentur decisio- ne Clem. unic. de rer. permutat. ut D. Covarr. do- cet. Sed si inter aliquos convenerit de permutandis beneficiis absque assensu Praelati, & uterque liberè renunciaverit, rogaveritque collatorem, ut bene- ficium unius alteri invicem conferatur, nullum in hoc simoniae vitium reperiri affirmant Tondut. q. be- neficial. 1. part. cap. 75. per totum, Petr. de Ubal- dis de permutat. beneficior. part. ultim. num. 56. Zerola in prax. part. 2. verb. Renunciatio, §. 3. Gar- cia part. 11. c. 4. num. 2. Nam per hoc manus Prae- lati non ligantur, siquidem liberè renunciatum est, nec preces necessitatem imponunt.

Illud tamen est dubium quod docet num. 8. cum Zabarella, in Clement. unic. à n. 4. de rer. permut. Ancharran. ibi num. 6. Imol. n. 7. 8. videlicet, quod si ex parte unius ex permutantibus resignatio irrita declaratur, regressus ei, qui resignavit vali- de ad proprium beneficium concedatur. Cum enim vetitum sit, permutationes fieri absque Episcopi as- sensu, dict. cap. cum olim, dict. cap. cum univer- sorum, non debet audiri, qui quasi in fraudem legis resignationis causam simulavit: ad quod faciunt, quae diximus supra, sub hoc numero. Et in permutatione Episcopi auctoritas necessaria est, licet non conferat; sed & is, cujus est conferre eli- gere, vel praesentare, debet consentire; Barbof. de offic. & potest. Episcop. allegat. 69. num. 7. 10. Garcia dict. cap. 4. num. 60. 72. Lessi. lib. 2. cap. 34. num. 196. 198. Azor. part. 2. lib. 7. cap. 29. q. 4. v. Si queras, & q. 6. n. 23. Zenol. sup. §. 4.

Ibid.



Ibid: *Nam renunciatio beneficii Ecclesiastici.*

- 39 Beneficii renunciatio nisi in manibus Prælati fieri non potest. Nicol. Garc. *part. 2. cap. 3. num. 223.* Menoch *de arbitrar. cas. 201. n. 47.* Navarr. *in c. accepta. in fine. oppos. 7. n. 23. 26. 27. 32. & 35. de rest. spol. Flamin. lib. 7. q. 14. n. 1. & plurimi alii.* Desideratur enim necessarium ipsius Prælati consensus, Rebus. *in prax. tit. de resignat. expres. n. 11. 13.* Cardof. *in prax. judic. verb. Renunciatio, num. 13.* Tusch. *lit. R. conclus. 257.* Goncal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 14. à n. 21.* Quapropter ita definitur, quod sit legitima beneficii demissio à Superiore admissa, Barbof. *in collect. ad titul. de renunciacione, in princip. n. 5.* Hinc est, ut nisi per Prælatum acceptetur, nihil operetur, nec in præjudicium ejus qui resignavit, sed prorsus proprietatem & possessionem retinet beneficii; Menoch. *de recuperand. remed. 1. n. 274.* Rebus. *in praxi super regul. Cancellar. de infirm. resignantib. gloss. 12. n. 1. & 2.* Nicol. Garc. multos referens, *dist. n. 223. cum sequentibus.* Qui assensus unico contextu præstari debet, Flamin. *lib. 3. q. 9. n. 127.* Barbof. *de potest. Episcop. dist. alleg. 69. n. 3.* Quæ utique in permutationibus sunt observanda? tradunt Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 28. n. 22.* Garcia *part. 11. cap. 4. à n. 6.* Azor. *part. 2. lib. 7. cap. 29. q. 19.*

Ibi: *Quin & aliud.*

De hoc videndus est Marefcot. *variar. l. 2. cap. 71. per totum,* ubi latè probat, etiam ante expeditionem literarum jus plenè transferri in eum, in cuius favorem renunciatum est, quamvis Cancellaria aliud observet.

Ad Num. 7.

- 42 Ad textum in *dist. leg. quod si minor, §. Scævola,* facilis est solutio; tum quia ibi agebat minor de lucro captando per acquisitionem hæreditatis, quam omiserat l. 1. §. *lucrativas, C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. leg. qui autem, 6. §. 1. ff. que in fraud. credit.* At cum petit restitui ad beneficium, cui jam obtento renunciavit, de damno vitando certat; Tondut. *cap. 50. à num. 5.* tum quod in *dist. textu* non extabant jam res hereditariæ, ad quas minor desiderabat restitui; quod, de beneficio dici non potest.
- 43 Sed Tondutus ubi proxime immerito Flaminium reprehendit, dum ad restitutionem concedendam argumentatur ab abstinentia ab hæreditate paterna ad renunciacionem beneficii proprii, ex *leg. fin. C. de repudiant. heredit.* inquit enim ille, filium petentem restitui ad hæreditatem patris, ad lucrum agere; qui verò ad beneficium resignatum regredi desiderat, de damno vitando tractare; unde non rectè de uno ad alterum infertur. Cui objectioni pro Flaminio respondetur, eum, qui ad bona paterna redire contendit de damno refarciendo tractare; quandoquidem, mortuo patre, filius suus hæres illicò, ignorans etiam, & invitus, honorum ejus fit ipso jure dominus, §. *necessarii, Inst. de hered. qualitat. §. sui. Inst. de hered. que ab intest. l. Julianus 85. in fine, ff. de condit. & demonstr. Anton. Gom. variar. lib. 1. cap. 9. num. 15. cum sequentibus, Parlad. differret. 96. num. 2. Guttier. in §. sui, num. 65.*
- 46 *Inst. de hered. qualitat.* Merlin. *de legitim. lib. 1. tit. 2. q. 1. num. 2.* Et cum illis se abstinere, juri jam quæsto renunciat, atque ita Imperator in l. *fin. §. penult. in fine, C. de jur. codicil. asserit,* filium circa successionem paternam de lucro non agere acqui-

rendo; sed de debito recuperando. Ex quibus colligitur rectè sumi argumentum à renunciacione paterna hæreditatis, ad beneficii renunciacionem.

Ibi: *His accedit, quod restitutio.*

Minor restituitur adversus tertium possessorem in subsidium, quando, qui cum illo contraxit, solvendo non est; Menoch. *consil. 714. n. 2.* Costa *in dist. §. & quid si tantum, part. 2. n. 64.* Rebus. *ad leg. Gallie, tit. de restitut. in integrum, in princip. à n. 31.* Cravet. *consil. 7. n. 15.* Fabian. *de Monte in tractatu de emption. q. 4. num. 32.*

Duobus tamen casibus directè illum potest per beneficium restitutionis covenire. Primus est, cum in scientem res minoris transfertur. Secundus, si minor non fuit læsus, nec restitutionem postulat propter pretium; sed quia inconsultò alienaverat quod sibi non expediebat: *in causa 14. §. interdum, ff. de minor. leg. 1. C. si adversus vendit. pignor, ubi Barbof. in collectan. n. 3.* Hermosill. *in leg. 4. tit. 5. part. 5. gloss. 12. n. 8. & 9.* Anton. Gomez *variar. l. 2. cap. 2. n. 41. & cap. 14. n. 7.* Morl. *in empot. dist. tit. de int. restitut. q. 2. n. 4.* Oddus *part. 1. q. 31. articulo. 17. n. 87.* & sufficit, læsionem contingere ratione affectionis veluti si domus, vel alia res Majorum distracta sit; Olea *de cession. jur. tit. 3. q. 2. n. 5.* Ant. Faber. *in C. tit. de in integ. restit. minor. definit. 10. Capyc. Latr. decis. 47. à n. 52.* Fontanel. *decis. 47. n. 16.* Menoch. *de presumpt. l. 3. presump. 83.* Caldas *in tract. de empt. & vendit. cap. 8. n. 52.* Cyriac. *tom. 1. controrv. 78. n. 26.* Cevall. *dist. q. 15. n. 4. cum seqq.* Alium casum addit. Hermos. *d. n. 9. in fin.* quando tertius possessor rem minoris habuit titulo lucrativo quoniam tunc adversus ipsum directè poterit in integrum restitutio intentari.

Ad Num. 8.

Ita inductioni textus in *c. fin. de judic. in 6. ref.* pondent Tondut. *d. cap. 50. n. 12. & 13.* & omnes, qui tenent, minorem læsum in beneficiis restituendum, quorum meminimus supra, *hoc capite ad n. 1. & ad n. 3. vers. contrariam sententiam;* non enim ex eo quod minor pro majore habeatur, deneganda est restitutio, Sforc. *part. 2. q. 60. n. 21.* Caldas *in d. l. si curatorem, verb. Vel adversarii dolo, n. 42.* Gratian. *discept. cap. 74. n. 11.* Cevall. *tom. 2. q. 831. n. 4.* Boër. *decis. 350. num. 4.*

Vers. *Rursus nec tertia.*

De causis spiritualibus, in quibus minori restitutio non indulgetur, diximus hoc cap. ad n. 1. In constitutione dotis restitutio conceditur, *d. l. si ex causa, §. in dotis, ff. de minor. latè Barbof. in collect. ad l. unica C. si advers. dot. Ant. Gom. d. cap. 14. n. 2.* Cyriac. *tom. 3. controrv. 508. à n. 43.* Odd. *q. 59. art. 3. n. 17.* ubi communem dicit Negusant. *de pignor. p. 8. memb. 1. n. 26.* Donel. *commentar. l. 22. cap. 10. col. 2.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 44. n. 58.* Morl. *d. tit. 5. q. 4. per totam.* Cujac. *l. 7. observ. 1. At Franc. Molin. de rit. nupt. l. 2. different. 6. n. 4.* cum aliis docet, non esse restitutioni locum, sed contrarium receptum magis est. Item in sponsalibus, Cevall. *dist. q. 831. num. 12:* nam cum jure restitutio non denegatur, minori semper est concedenda, si læsus probetur, sicut dixi supra, *num. 13.* nisi actus retractari non possit; ut Matrimonium. Nec non adversus lapsum quinquennii præscripti Concilio Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 19.* ad reclamandum contra nullitatem Professionis, Barbof. *ibi, n. 12.* Sanch. *d.*

d. lib. 7. de matrim. cap. 37. numer. 21. & 22.

Vers. *Quarta ratio.*

- 54 Ad textum in *cap. dudum 14. de prob. in 6.* notandum est ibi, verbum; *lucrum,* non esse positum, prout opponitur damno; veluti cum dicimus, agi de damno vitando, aut lucro captando; sed interesse, vel utilitatem, significare, quam ideo Pontifex *lucrum* appellavit; quoniam beneficia non ex causa onerosa, sed gratis habentur; ex quo non negat damnum, & deminutionem bonorum pati, qui beneficio jam obtento privatur, quoniam solum ostendere intendebat, Episcopum nihil commodi, vel incommodi ex illa lite reportaturum, sed omne præjudicium Guillelmo litiganti imminere, ad quod nihil interfuit, *lucrum pro interesse* usurpari.
- 55 Inuit D. Covarr. quod si quis minor beneficio renunciaret, ad quod jus habebat, (quæ cessio proprie nuncupatur, Mandof. *de signatura gratie, verb. Cessiones,* Petrus Gregorius *synagmarum juris lib. 17. cap. 17. nu. 21.*) non debet restitui, si jam alteri collatum fuerit; idem docent Guillelm. Bened. *in cap. Raynuitius, verb. Adjecte impuberi, de testam. Put. decis. 427. lib. 1. in correct. Pereg. 57. sup. lib. 5. tit. 2. nu. 47. vers. Vel etiam responderi potest,* Tondut. *d. cap. 50. num. 11.* Cujus sententiæ ratio est, quia hoc casu minor ad lucrum restituitur, quæ restitutio cum alterius detrimento non conceditur; Bald. *in l. pupillorum, nu. 5. ff. de repud. heredit. Tondut. ubi proxime Marefcot. variar. lib. 2. cap. 98. n. 10.* Cyriac. *tom. 1. controrv. 32. num. 10. & tom. 2. controrv. 240. nu. 32. & 33.* ubi alios laudat, & est communis resolutio. Nec dubitari potest, quin damnum patitur ille, qui beneficio potitur, ad quod minor restitui desiderat: in cujus probationem adducitur textus in *d. §. Scævola.* Sed mente Consulti ibi attentè perpenfa, non favet; imò aperte impugnat decisio illa præfatam sententiam, si quidem compertum est, minorem in ea specie restituendum fore, licet hæreditas jam per substitutum fuisset adita, si bona nondum distracta invenirentur, de quo Sforcia Oddus *p. 1. q. 63. art. 1. & 2.* similiter ergo minor, qui beneficio non acquisito renunciavit, debet ad illud acquirendum restitui, non obstante, quod alteri plenè quæsitum fuerit; nam in beneficio nil distractum, nil immutatum est; sicut fuit in hæreditate repudiata, ut restitutio denegetur.

58 Quibus animadversis colligitur, minorem esse restituendum, ut acquirat beneficium alteri collatum, quando possessor nullum aliud detrimentum sentit, nisi amissionem ipsius beneficii: quod si ultra hanc, in damno versetur, erit omnino auxilium restitutionis denegandum: utrumque non obscure probatur in *d. §. Scævola;* & manifestum fiet, si duo juris principia rectè intelligantur, quorum unum docet, minorem etiam ad lucrum restituendum, *l. ait prior 7. fin. de minor. & ex multis probavimus sup. n. 10.* Alterum, restitutionis beneficium cum alterius damno non esse indulgendum, cum de lucro tractatur, quod ex *dist. §. Scævola,* deducit communis opinio, de qua proxime. Primum enim juxta secundum limitatur, sed illud damnum hujusmodi restitutionem impedit, quod præter privationem rei, quam minor est lucraturus, contingit, v. g. repudiat minor hæreditatem, vel legatum, ex quo pervenit ad substitutum, qui agnovit, vel adivit; postea restitutio postulat, ac conceditur, dum res extant; hic legatarius, aut hæres nullum sustinet incommodum, nisi privationem hæreditatis, seu legati, quod occasione repudiacionis adoles-

Faria addit, ad Covar. Tom. 1.

centis quæsierat, quo casu minor jure restituitur ad lucrum, *d. & si sine 8. per totam, ff. de minor. l. 1. C. si ut omis. hered. at si substitutus iste in rebus hæreditariis distrahendis proprium laborem, & industriam impenderit, vel aliquid fecerit, vel dederit, quod repetere non posset, ad hæreditatem, vel legatum consequendum, quod sub conditione dandi, aut faciendi ei relictum est, tunc iniquum erit, minorem ad lucrum restitui, *dist. §. Scævola,* quoniam ita nedum privaretur legato, sed etiam pecuniam, sive laborem perderet: atque ita est intelligenda doctrina communis, quam ex Marefcoto & Cyriaco supra retulimus, scilicet minorem cum aliena jactura non restitui.*

Hinc ad rem, de qua agimus, dicendum videtur, minorem, qui cessit jus, quod ad beneficium habebat, restitui debere, etsi alteri sit collatum, quando ex tali restitutione beneficiarius solum amitteret commodum beneficii; secus autem si aliud damnum pateretur etiam, veluti si ex longinqua provincia Romam peteret ad beneficium coniequendum, & eo obtento, quod minor cessi, rediret in patriam; vel quando eo quod habebat tale beneficium à minore renunciatum, omisit alterum; vel si impendisset in litterarum expeditionem; aut in litem super beneficio: his & similibus casibus repellendus est minor, si restitutionem petat, quæ cum aliena jactura non est ad lucrum concedenda: quæ resolutio mirè congruit decisione Consulti in *dist. §. Scævola,* ubi non negatur minori restitutio, eo quod hæreditas esset substituto acquisita: sed quia alieno labore, & industria pecuniam partam lucrari volebat; juxta quæ, intelligendum est quod D. Covarr. *hoc vers.* insinuat.

Vers. *Ultima ratio.*

Huic argumento breviter potest responderi, quod licet in permutatione beneficiorum non admittatur remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* ut ex multis probavimus *sup. ad num. 3.* quoniam æa constitutio solum ad ea pertinet, quæ possunt pretio æstimari, & ad æqualitatem pecuniæ reduci, sicut ex ipsa patet; quod in beneficiis locum non habet: non tamen inde sequitur, minori in sui beneficii permutatione læso restitutionem fore denegandam, in qua non agitur de pretii supplemento, sed de recuperanda re ipsa, quam in alium inconsultò transiit. Nam quoties minoris interest, ut in præsentia, ubi non potest aliter damnum suum refarcire, rem ipsam præcisè, quam alienavit, avocare permittitur, *d. l. si ex causa, ff. de minor.*

Ad Num. 9.

Ultra Cajetanum, & Angelum, Sylvester in *sem. verb. Permutatio, q. 6.* Tabiena, *verb. Beneficium, n. 15.* tenent, licitè esse in permutatione beneficiorum pecuniam addere ubi alterum est pinguius, ad servandam æqualitatem contractus. Sed contrarium commune est, & omnino tenendum: Imò nec pensionem constitui posse super pinguiori, ratione excessus fructuum, absque simoniæ labe, Greg. Lop. *in l. 2. gloss. 3. tit. 6. p. 5.* Cardinalis, Imola, Ancharranus, & Navarrus apud P. Suarez *d. lib. 4. cap. 34. num. 6. & 15.* Bonacin. *tom. 1. tract. de sinon. disput. 1. q. 4. §. 12. n. 8. vers. Dixi in responsione ejusdem.* Lessius *de justitia, & jur. lib. 2. cap. 35. nu. 86.* Sanch. *d. cap. 3. dub. 38. num. 22.* Posset tamen utrumque fieri, interveniente Pontificis auctoritate, cui duntaxat liberum est, fructus beneficii à titulo ipsius separare. Nam cum ita separati, omnino